


**COGNITIO NOMINE,**  
*neceſſe eſt quid rei inveſtigare; propte-  
 rea deſcriptio, vel potius diffinitio  
 elicienda eſt.*

## CAP. II.

**V**IPERA eſt vene-  
 natus ſerpens, pol-  
 licis craſſitudine,  
 quandoque duo-  
 bus oblonga cubi-  
 tis, plus aut minus,  
 varii coloris, plano  
 latoque capite, incedens recta cervi-  
 ce, reliquo corpore irrepens, ſaluta-  
 tim in animantes irruit. Formarum  
 uno generi proximo adjuncta diffe-  
 rentia erit optima diffinitio. Eſt igi-  
 tur *Vipera venenatus ſerpens*, quæ  
 animal intus parit, & excludit. Cui  
 diffinitioni, & deſcriptioni examuſ-  
 ſim reſpondere debet diffinitum, &  
 deſcriptum; quòd ſerpat, & veneno-  
 ſa ſit, longa ad ſummum trium cubi-  
 torum,

torum, velut in Asia esse testatur Nicander. Hæc torvo aspectu, saltuatin irrepit in animantem, & hæc est Marassius Italiae vulgaris. Hæc enim animal inter serpentina emittit ex mollioribus ovis unius coloris. Cartilaginei inter pisces soli intus ova parturiunt, deinde animal pariunt, & dracones inter aves. Ova perfecta sunt oportet, ita, ut ex his animalia gignantur; nam ex imperfecto nullum. Non extra fiunt, sed intra: quoniam frigida sunt; quod testatur Aristoteles lib. I. cap. de Historia animalium; quo fit, ut vulva Viperæ sit similis Cartilagineorum piscium vulvis. Plinius, qui Aristotelem est sequutus, hunc in modum tradit: Viperæ sola intra se ova retinet, & tertia die intra uterum catulos parit; deinde excludit; reliqua serpentina contexta ova in terra incubant, & foetum anno sequenti cubando expediunt. Est igitur communis approbatio apud Philosophos & Medicos, solam Vi-  
pe-

peram ex omni serpentum genere è corpore animal edere ; quam quam aliqui secus sentire videntur , quibus inferius respondere decrevimus. Quid igitur sit Vipera ex descriptione , & diffinitione clarè unicuique patet.



COGNITA FORMARVM

*differentia qua superius explicata fuit , necessario confirmanda est ob quosdam pertinacis obstinationis in hoc orbe aliter stantentes.*

CAP. III.



Osita una tantum Viperae serpentis specie ex differentia propria; cum ex ipsa natura, tum ex Aristotele, cui jam dudum ex observa-

tione diligentissimo sibi innotuerat,  
cum